

www.e-rara.ch

Isocratis Atheniensis, Oratoris & Philosophi clarissimi, Orationes

Isocrates

Basileae, anno 1529

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-1094>

Illustrissimo principi et domino, domino Philippo, Hessiae landgravio, comiti Catzenelenbogen, Dietzae, Zigenhaim, & Niddae, domino suo clementissimo, Ioannes Lonicerus eu prattein

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelnformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

ILLVSTRISSIMO PRIN

CIPI ET DOMINO, DOMINO PHILIPPO, HESSIÆ

Landgrauio, Comiti Catzenelenbogen, Dietzæ, Zigenhaim, & Niddæ,

Domino suo clementissimo, Ioannes Lonicerus ὁ πρῶτος.



MNIUM celebratissimam orationem, quam Panegyricum inscripsit, Isocrates auspicator, illustrissime Princeps, lugubri exordio conqueritur, in maiori precio esse corporum fortitudinem & ornatum, quam prudentiam: quum tamen ex multorum athletarum robore nihil comodi accedat, uel alijs, uel Reipub. ex unius uero consilio, multis, imò toti omnino terræ atq; prouinciæ proueniat in gens fructus. πολλὰ κίε θεώματα, inquit, τῶν τὰς πανηγύρεις σωμαγωγόντων, ἢ τοὺς γυμνακοὺς ἀγῶνας καὶ ἀσκησάντων, ὅτι τὰς μὲν τῶν σωμάτων ἐνείκας οὐτὰς μεγάλων δωρεῶν ἡξίωσεν τοῖς θεοῖς, ἢ τῶν κοινῶν ἰδίᾳ πονήσας. καὶ τὰς ἐαυτῶν ψυχὰς οὐτὼ πρὸς κινδύνους, ὥστε ἢ τοὺς ἄλλους, ὠφελείᾳ δῶκασι, τούτοις οὐδὲ μίαν ἡμῶν ἀπένεμα. Videbat acutissimus Rhetor, maiorem honorem, splendidius præmiū gymnics certaminibus, spectaculis, idq; genus rebus exhiberi quàm literis, quæ tanto illis præstant, quāto animus corpori, optimū consiliū fortitudini. Quæ quàm nostris temporibus accommodari querimonia possit nemo est cui sani modo sensus, qui hæc non animaduertat. Quamquā ferendum aliquid quatenus erat, si iuuentutem hodie suam gymnics ludis, alijsq; exercitijs corporis, quibus ad obeunda pericula redderetur habilior, mortales dederent. At iam ad uoluptates potius, ad libidines, ad turpem quæstum, prohdolor, ab ipsis passim incunabulis transfertur, tum corporis tum animi neglectis progymnasmatis. Hinc fit, ut cum ad priuatam, tum publicam functionem, omnium longe reperiantur ineptissimi. Quid enim belli præclare unquam gerent, qui nulla sunt re antea militari instituti? Quid domi consilij daturi sunt, qui consiliorū, omnisq; humanæ prudentiæ fontem, literas adspernantur? Proinde facturam reipub. tuæ tecum expendens, inclyte Princeps, quā eam ob causam factura erat, curasti, ut nedum corporis robore, quo nusquam nō est gentium celebratissima, Hestia tua excelleret, uerum animi eximij bonis, literis, consilio, sapientia. Erexit enim tua Celsitudo Academiam, in qua & literæ & linguæ uigeant, æternum uidelicet & immortale animi tui monumentum. Fortunatam Hessiam, quæ tali fulget, floret, imò præeminet moderatore, cuius ductu atq; præclaro auspicio, tanta bona, tantam est felicitatem consecuta, ut iuuentutem suam optimis disciplinis imbueri possit. Salue nunquam interiturum patriæ & Reipub. tuæ decus, illustrissime Philippe, populi tui ornamentum, per quem inestimabilia bona, & patriæ, & alijs plerisque mortalibus, Christus seruator impertit. Maacte uirtute, coeptoq; pietatis & uirtutum itinere perge. Innumera Celsitudinis tuæ res per strenue gesta etiam nū sunt, quibus auita uirtus resplendet, quibus uel uniuersos tuæ ætatis Heroës exuperas, quibus cuncti generis claritudine fulgentes, ad uirtutem accendantur pertrahanturq; quibus uniuersa Respub. ad T. C. dilectionem, amorem, honorem, reuerentiam, obedientiam, inflammetur. Egregium uero & sempiternum factum, quo Musas, quo literas, adeoq; pietatem T. C. prouehit, fouet, exosculatur, amplectitur, tanto est cæteris præstantius, quantum orichalco aurum; cuius facti merita Encomia, debitæq; laudes, aliud tempus, alium locum postulant, neq; pro sua enim dignitate nunc, quæ est mei ingenij tenuitas, tractari potest. Hoc duntaxat adijcio, quum uniuersæ T. C. uires, fortitudo, Regnū, alta demum Pergama dirutæ fuerint, æternum Musarum et pietatis cultum superuicturum. Sola enim uirtus, solæ literæ ἀθάνατον κτῆμα, ut noster inquit Isocrates, Literis uel etiā corporis exercitijs conspicuum esse parum est, at literis & moribus simul ornatum esse consummatum reddit hominem. Qui ergo utrunq; hoc efficit, ac docet, nā ille mihi unice deamandus uidetur. Porro quum Isocratem Atheniensem utrunq; hoc præ-

IO. LONICERI AD LANDGR. HESSIAE EPISTOLA.

stare cernerem, non ab re duxi, si Latinis auribus, mea qualicumque opera increbresce-
ret, maxime iuventutis, Marpurgensis gymnasij tui, habita ratione. Nam quum M. Ci-
cero ex Isocrate eloquentiae patre, ceu ex equo Troiano plerisque eruditionis ac mo-
rum principes profuisse testimonium ferat, spes est non parum inde T. C. Acade-
miae iuventutem comoditatis quoque adepturam. Nedum enim linguam & eloquen-
tiam, sed animum etiam format. Non modo adulescentes, sed Principes, sed Magis-
tratus, subditos suorum officiorum admonet. Quid plura? Dionysius Halicarnaseus
quantum sui studiosis conferat Isocrates, satis explicat, dum inquit, *κελεύσει γὰρ δὴ πᾶσι
διδύματα πρὸς ἀρετὴν ἐν τοῖς ἰσοκράτους ἔστιν εὐρεῖν λόγους. καὶ ἐγὼ φημι γίνεσθαι τοὺς μέλλοντας
οὐχὶ μὲν ὅτι τὸ πλεῖστον δωδέμειος ἀλλ' ὅτι ἀντιὸν κτλ. &c.* τὸ ἴδιον ἔχει τὸν ῥήτορα διὰ χεῖρας.
Tuae itaque Celsitudini, illustrissime Princeps, Isocratem Atheniensem Oratorem
haudquaquam minimum dedicaui; dignum ratus T. C. munus, quo Ethnicorum in-
tegritatem, puritatem morum, non citra pudorem Christianorum demirabere. De-
inde, ut T. C. patrocínio maiori alacritate & confidentia in publicum tantus autor
prodiret, Nec ueritus sum Christiano Principi ingratum fore Ethnici scriptum au-
toris, quandoquidem Christum non tradat. E sacris Biblijs Christum petendum *σω-
τήρα πᾶσῶν*, non ignoramus. Externos mores, adeoque Reipub. administrationem, uel
ἐκ τῶν ἀπίστων sumi posse nemo inficias ibit. Atque utinam plerique Christianorum Isocra-
ticas plerasque praeceptiones memoria tenerent, moribus exprimerent. Qui non con-
tra Christum, sed pro Christi potius esse obseruatur. Nicocli Cypriorum regi, pa-
trisque eius Euagorae cordi fuit suis institutionibus Isocrates, confieri potest, ut nec ti-
bi displiceat. Nec ut T. C. eo instituat, ipsum dicaui, ceterum ut gentium in suis
regnis, rebus publicis, & subditis, ingentem curam atque sollicitudinem con-
templetur. Exporrecta itaque fronte Isocratem hunc, & placido uul-
tu intueatur T. C. cui me obnixè cōmendatū uelim. Quā
Christus in aeterna secula patriae Reique publicae, &
nobis omnibus incolumem seruet. Marpurgi

XVI Septembris, ANNO

M. D. XXVIII.